



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

... male pro taxo sumitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

Bochart.
Herroz p. I
lib 3. cap.
30.

R. Sal. in
h. l.

Osiander,
Munsterus,
Vatablus &
Grotius in
h. l.

Salm. in
Solin. pag.
1009.

Bochart.
loc. cit.

Bochartus. Sed propter nominis
allusionem *טַחַם* *taxum*, sive *taxo-*
nem, alii exponunt. Horum prin-
ceps est R. Salomon Jarchi, qui
hæc verba *טַחַם וְהַגְעִיף* & *calceavit*
sachas, Gallicè reddidit, *קַלְצֵי*
je calse toy taiffon, quo-
modo ipsius ævo Galli loqueban-
tur. Atque hunc sequuntur re-
centiores omnium linguarum in-
terpretes, qui vertunt *calceavi*
taxo, h. e. pellibus *taxeis*, *me-*
dassenvellen, uti Belgæ reddide-
runt. In hanc sententiam expo-
nunt, præter Osiandrum, Sebastia-
nus Munsterus & Franciscus Va-
tablus. Vir illustris Hugo Grotius
de *melium* pellibus accepit. Putavit
forsan *taxonem* esse *melem* veterum,
quod tamen refellere conatur ma-
ximus virorum Claudius Salma-
sius.

III. Hos omnes, quamvis

Defendat numerus, junctæque um-
bone phalanges,

magnis rationibus inductus, sequi
non possum. Nam præter varia
argumenta, quibus *וְהַגְעִיף* Samuel

Bochartus male *טַחַם* pro *taxo*,
sive

sive *taxone* sumi ostendit, illud mihi videtur quam maximè dubium, an unquam veteres ex *taxi* pellibus calceos gestarint. Calceos *taxi*, è corio molli tenero ac eleganti, in usum virginum matronarumque delicatarum paratos, censet quidem *Osiander*, id vero nullo testimonio firmat. Et sane veteres ex *taxi* pellibus calceos gestasse, aut aliquod habuisse calceamenti genus, nemo dixit. Pelle *taxonis* muniri pharetras, & equorum *helcia*, scuta quoque obtegi, canumque millos sive collaria confici, nonnulli scribunt. At qui dixerit olim calceos ex pelle *taxi* sive *taxonis* fuisse, nemo homo est. Quemadmodum & hodie istarum pellium in calceis conficiendis nullus est usus. Ne dicam, nihil hic fore magnificum, si *taxeis* pellibus inter alia ornamenta gentem *Hebræam* Deus calceasset, cum istiusmodi calceis *nelixæ* quidem & calones, libenter uterentur. Et tamen aliquod genus pretiosi calceamenti hic intelligere necesse est, quod inter tam varium & multiplicem ornatum præ-

Osiander
in *Paraph.*